1433. medijs Xbris. Ex Origin: Arch: Regni

343.

102

# Assignatio ad exactorem Majoris Poloniae.

Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quia feria quinta proxima ante festum Sancti Stanislai Praesulis gloriosi, a providis Consulibus Civitatum Poznaniensis, Costen, Slupcza, Myesna, et a Nobili domino Johanne Czarnkowsky pro expeditione Bohemorum fecimus recipere pannos, Balistas et alia necessaria per Barones nostros Magnificum Sandivogium de Ostrorog pallatinum Poznaniensem, et Nicolaum Marsalkowicz pro septingentis viginti quinque marcis cum media et octo Scotis, quas pecunias strenuus Bogussius Subjudex Calisiensis exactor majoris Poloniae adveniente exactionem anni presentis ad mandata nostra regia ipsis civibus praedictis debet solvere realiter et cum effectu, et hoc si vixerit in humanis, et eandem contributionem prout anno praeterito exegerit, et levaverit plenarie ex integro. Datum Lancicie feria quinta post festum Luciae, anno Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo tertio.

Relatio Venerabilis Vladislai Regni Poloniae Vicecancellarij.

/: L S: /

Ta

Ta Kopia przepisana z Oryginału parga-
minowego dnia 28go Miesiąca Sierpnia
Roku Pańskiego 1784go